



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

II. De pauperibus alendis & vestiendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

uato, ipsas facultates ecclesiarum pia fidelium de-
uotione collatas ecclesiis, ex quibus debent paupe-
res sustentari, distribuant, seu potius effundant in
huiusmodi vſus illicitos, propter quæ multum de-
nigratur clericorum honestas. Talem autem &
tantum volentes remouere abusum, statuimus, vt
nullus clericorum nostræ prouinciæ, quocumque
fungatur honore vel statu, a talibus ioculatoris
vel histriones transmissos recipiat, seu prouideat
aliquid propter viatum, etiam transeundo. Si quis
autem contra fecerit, duplum eius quod dederit
ioculatori vel histrioni restituere ecclesiæ a qua
habet beneficium teneatur, per ipsum in vſus pau-
perum conuertendum.

RVBRICA II.

Doctoris illius præcipui prædictoris egregii in-
stitutione freti, ad pietatis exercitium nostræ pro-
uinciæ clericos cum remuneratione thesauri do-
minici inuitamus, & præsertim prælatos, qui quan-
to plura a mundi Auctore accepisse cernuntur, tan-
to ad plurima tenentur obnoxii: quia cum dona
augentur, rationes etiam crescunt donorum. Hoc
non attendentes quamplures ecclesiarum prælati,
quotidie epulantur splendide, & cibis delicatis su-
perflue vtuntur ad velle, ac quadruplicata sibi in-
dumenta conseruant: & ostiis clausis a foris, ex
Christi pauperibus alii cupientes saturari de mi-
cis quæ cadunt de mensa ipsorum clamant ad o-
stium, & nemo aperit; alii verecunde in eorum
domibus se includunt, vel quia carnem suam vili
etiam

ANNO
CHRISTI
1186. etiam indumento cooperire non possunt, seu quia
verecundum est eis, propter conditiones quæ in-
sunt, publice mendicare, dum nemo illis manum
porrigit adiutricem: isti semper esuriunt, & illi
abundant, & cibi, quibus tales pauperes ali debe-
rent, negleñti in domo corrumpuntur & dissipa-
ntur, & eorum indumenta tinea comeduntur.
Quantum autem in præmissis excedant, cui Do-
minus plus discretionis donauerit, plus aduertat,
quia amplius requiretur ab eo. Porro volentes ip-
pos, tam pœnarum timore, quam præmiorum re-
tributione excitare, & inducere ad opera pietatis,
hoc laudabili Concilio ordinamus, ut per prouin-
ciæ nostræ prælatos, & clericos vniuersos, prout
eis suppetunt facultates, necessaria pauperibus mi-
nistrentur. Is autem suffraganeorum nostrorum,
qui per totam septimanam quatuor, semel in die,
refecerit pauperes; abbatum, qui duos; archidia-
conorum, præpositorum, archipresbyterorum, &
aliorum prælatorum, qui vnum, ac aliorum clericorum,
qui semel in die, in septimana refecerit pau-
peres, de pœnitentiis iniunctis eidem, vnius anni
indulgentiam habeat. Hanc etiam indulgentiam
illi concedimus qui nouum pauperi dederit indu-
mentum. Si autem antiquum, quadraginta dierum
indulgentiam de iniuncta ei pœnitentia relaxamus.

R V B R I C A III.

Licet sit canonica sanctione statutum, vt ex-
communicentur clerici arma portantes, & vt ha-
bitum, coronam, & tonsuram deferant congruen-

Concil. Tom. 28.

LIII